



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

38 Excommunicari non possunt capitula, nec Communitates.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

& Felin. in dicto cap. Sacros. num. 1. vers. immo requiruntur, eod. tit. & sufficit, quod unico actu una pro tribus fiat, cum aliquorum competentium dierum intervallo, gloss. in ca. statuumus, in verb. monitionem, & dicto cap. constitutionem, §. statuumus, & ibi gloss. in verb. una. de sentent. excommunicat. in 6. & Monet. eod. cap. 8. num. 69. Non enim subsistunt deducta per Rebuff. in quest. ultima num. 15. de decim. quod retinentes decimas sint ipso jure excommunicati, & singulis diebus Dominicis pro excommunicationis à Parochis veniant publicandi, ut bene animadvertit Monet. eod. cap. 8. num. 65. quia tam antiqui Canones, quam noviter Sacrum Concilium Tridentinum disponunt, quod decimas non solventes excommunicentur, ut in dicto cap. 12. sess. 25. cum aliis supra per Monet. d. num. 65 66. 67. & 68. deductis.

Si vero in prædictis casibus contra communitatē, † vel capitulum agatur, non potest in subsidium procedi ad excommunicationem, quia Universitates non excommunicantur, sed loco excommunicationis supponuntur interdicto, quando ex causa interdicti possunt, c. Rom. in fi. de sent. excommu. in 6. sed pro debito † pecunia-rio quacunque occasione, vel causa Civitates, Castra, Villæ, loca, territoria, vel universitates auctoritate ordinaria sine Sedis Apostolicæ speciali licentia, nec interdicto supponi possunt, ut in extrav. com. cap. proinde, §. presenti, de sent. excom. & Felin. in cap. sane, 2. num. 3. de off. & pot. jud. deleg.

Quando autem † agitur ad decimarum solutionem contra universitatē, vel particularem personam, & liquidò non con-

stat, an decima. vigesima, vel trigesima debeat, sed dubitatur super quota. tunc pro portione liquida, modo quo supra, summarie, & quo ad non liquidam juris ordine servato, admissis articulis, & probationibus desuper faciendis, servatis, servandis, erit procedendum, Bald. in cons. 429. licet iudex n. 1. vers. qui autem gravatur, vol. 3. & ita distinguit Ang. in l. fin. in fi. C. ubi quis de cur. vel cohorta, ubi autē dubitatur, an aliquis sit debitor, tunc non habet locum executio lite pendente, sed procedendum est causa cognita, quem sequitur Olasch. decis. 86. n. 1. & 6. vers. quid dicendum, pari modo si oriatur quæstio de decimis ecclesiasticis inter laicum prætendentem, se infeudatum ante concilium Lateranen. & alios laicos negantes totam, vel quotam, quia, donec laicus probaverit infeudationem legitimo tempore factam, & liquidam quotam, via ordinaria admissis legitimis probationibus procedere debet. gl. in d. clem. dispendiosam, in verb. decim. in princ. ad laicorum instantiam † pro præstatione decimarum nullus per censuram ecclesiasticam compelli potest, Rot. decis. 14. in fin. de jud. & est ratio differentie; quia debitæ de jure communi & divino, habent fundamentum indubitatum, quod non admittit exceptionem requirentē altiorem indaginem in contrarium, sed, quando prætenduntur jure speciali, ut pacto, pollicitatione, voto, vel infeudatione, tunc non proceditur summarie, quia non habet locum clem. dispendiosam, ut declarat gl. eo verb. decimus, & ibi Ioan. de Imol. n. 4. Card. n. 19. & sequitur Monet. d. q. 8 n. 46. & 47. sed actor suam intentionem concludenter probare tenetur, aliàs actore non probante, reus absol-